



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Julii Capitolini Gordiani Tres, Ad Constantinum Aug.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

JULII CAPITOLINI
 JULII CAPITOLINI
 GORDIANI TRES,
 A D
 CONSTANTINUM AUG.

FUERAT quidem consilium, venerabilis Auguſte, ut ſingulos quoſque imperatores exemplo multorum, libris ſingulis ad tuam clementiam deſtinarem. Nam id multos fe-
 ciſſe

SALMASIUS.

JULII CAPITOLINI.] Au-
 ctorem non nominant membr.
 Palatinae trium horum Gordianorum
 vitæ; ſed in his tantum legitur; IN-
 CIPIT GORDIANVS. quod & in aliis
 deinceps obſervant libris, ut eorum
 auctorem taceant; ad ſinem tamen
 Maximini & Balbini vitæ ſubjectum
 eſt; EXPLICIT JULII CAPITOLINI
 MAXIMVS SIVE PVPPIENVS ET BALBI-
 NVS, INCIPIT EIVSDEM VALERIANVS.
 Sed minime dubitandum eſt, eſſe
 Capitolini. De aliis autem ſequen-
 tibus, quos eadem membrana Capi-
 tolino vindicant, quæ vulgo in editis
 Trebellio Pollioni tribuuntur, major
 eſt dubitatio, ut in rem ipſam dice-
 mus.

CASAUBONUS.

2 GORDIANI TRES.] Tres Gor-
 dianos ſeparatim deſcribit hoc libro
 Capitolinus. totidem agnoſcunt He-
 rodianus & Aurelius Victor, non ille
 Schotti, ſed alter: nam is auctor
 quem eruditiffimus Schottus publi-
 cavit, duos ſolum prodit, & in tota
 hiſtoria hac mirifice à Capitolino
 diſſentit. Sed jure Capitolinus impe-
 ritos ſcriptores paullo poſt nominat,
 eos qui duos fuiſſe Gordianos ſcribe-
 rent: quo tamen in errore plerique
 veterum ſunt verſati, ut Eutropius,
 Eusebius, Zonaras, alii multi. Ce-

drenus vero quas nugas blaterat in
 hiſtoria Gordianorum? Omitit Gor-
 dianos qui in Africa perierunt: eum
 nominat qui cum Maximo & Balbi-
 no factus imperator. ſed Maximus
 Balbinus illi unius Auguſti ſunt no-
 mina: cui ſucceſſiſſe ait Publilianum.
 qui ſine dubio Puppienus eſt intelli-
 gendus. & putarem ita corrigendum,
 niſi ex eodem fonte Publilianum inve-
 niſſem in Græcis Faſtis nominatum.
 ſimili errore eundem vocat Zonaras
 Πομπηλιανόν, & diverſum facit à Ma-
 ximo. Sed reliqua Cedreni ſpecte-
 mus: Huic, ait, ſucceſſit Ἰένωρ,
 quis iſte? haud dubie monſtrum in
 hiſtoria, conſtitum loco Gordiani
 ſecundi. hic Latinis cognominatur è
 re JUNIOR. inde iſte fictitiſſimus ΙΟΥ-
 ΝΩΡ. nam & in Faſtis Græcis ſcri-
 ptum offendimus Γορδιανὸς Ἐνίωρ,
 non abſimili culpa. Poſt hunc, in-
 quit, regnavit ejus filius Gordianus,
 annos iv. hic nempe eſt tertius Gor-
 dianus: quem non deſuere qui ju-
 nioris filium dicerent. at quid dice-
 mus de ſequentibus verbis? Μετὰ
 Γορδιανὸν ἐπαſίλδουſεν Οὐνίωρ ὁ υἱὸς
 αὐτοῦ, ἔτη δύο. quis, malum, iſte U-
 niorus? proſecto Junior eſt Gordia-
 nus: quem immani errore refert hic
 in ſcenam Cedrenus. Quare videant
 tirones, quantum in Romanis rebus
 recentioribus Græcis ſit fidendum.

x Quare

cisse vel ipse videram, vel lectione conceperam. sed improbum visum est, vel pietatem tuam multitudine distinare librorum, vel meum laborem plurimis voluminibus occupare. Quare tres Gordianos hoc libro contexui, consulens & meo labori & lectioni tuæ, ne cogereris plurimos codices volvendo unam tamen pene historiam lectitare. Sed ne ego qui longitudinem librorum fugi, multitudinemque verborum, in eam incurrisse videar, quam me urbane declinare confingo, jam rem aggrediar. Gordiani non, ut quidam imperiti scriptores loquuntur, duo, sed tres fuerunt. idque docente Arriano scriptore Græcæ historiæ, docente item Dexippo Græco auctore, potuerunt addiscere. Qui etiam si breviter, ad fidem tamen omnia persequuti sunt. Horum Gordianus senior, id est primus, natus ex patre Metio Marullo, matre Ulpia Gordiana,

SALMASIUS.

1 Quare tres Gordianos hoc libro contexui. Malim quod in editione prima, item in codice Palatino reperi, connexui. sic Vopiscus in Floriano, longum est omnes epistolas connexere quas repperi, quas legi. & sic alibi multis locis.

6 Natus ex patre Metio Marullo. Natus est patre Mæcio Marullo. sic pagina sequente: Mæcia Faustina. Græcis semper Μαίκεϑ, & Μαικιανός.

GRÜTERUS.

2 In eam rem incurrisse videar, quam me urbane declinare confingo, &c. Palat. quam à me; manu satis veteri, non tamen prima.

CASAUBONUS.

3 Quam me urbane declinare confingo. Mirum verbum confingo. nec minus illud urbane. & nimis profecto urbanus Capitolinus, si ita scripsit. an verum est quod suspicamus? irrepsisse in contextum hanc vocem è libri mundo, ubi aliquis cum illa legeret, quam me declinare confingo, eam, ut fit, adnotaverat.

4 Idque docente Arriano.] Sic in libri superioris fine: alibi Arabianus, ut diximus. sed quare de Herodiano filet?

5 Horum Gordianus senior.] In Fastis Græcis lego, Gordianum seniorenum instituisse Candidatorum, (id erat genus militum ostensionalium.) ex iis quos statura proceritas & forma commendaret: atque hic de cognomine Gordiani scholarium seniorum nomen ab eo fuisse inditum. Sic illi: Γορδιανός Αὐγασϑὸς ἐποίησεν ὄρθρον τῶν λεγόμενων Καυδοδιδάτων, ἐπίρας αὐτῶν καὶ ἐπιλογλῶς τελείας καὶ διδασκείας, καὶ μεγάλης ὀνείας θεας, ἀπὸ τῆς τῶν Μαίκεϑ τῶν λεγόμενων χολαρίων, καλεῖσθαι πλὴν χολῶν τῆς αὐτῆς ὄρθρου. εἰς τὸ ἴδιον ἐπώνυμον Σετιόρων. ἔστι εἰσὶν οἱ τῆς ἐκτικῆς χολῆς. Apud Cedrenum eadem fere de juniorum schola à Juniore instituta leguntur. utramque historiam non dubitamus esse confictam.

6 Natus ex patre Metio Marullo.] Vide ad Alexandrum Lampridii in fine.

na, originem paternam ex Gracchorum genere habuit, maternam ex Trajani imperatoris: patre, avo, proavo, coss. ¹ focero, profocero, ² & item alio profocero, & duobus abfoceris coss. ipse cos. ditissimus ac potentissimus, ³ Romæ Pompejanam domum possidens, in provinciis tantum terrarum habens quantum nemo privatus. Ipse ex consulatu quem egerat cum Alexandro, ad proconsulatum Africæ missus est ex ³ senatusconsulto. Sed priusquam de imperio ejus loquar, pauca de moribus dicam. Adolefcens quum esset Gordianus, de quo sermo est, poemata scripsit, quæ omnia extant, ⁴ & cuncta illa ⁵ quæ Cicero ex Demetrio ⁷ & Arato, ⁸ & Alcyonas, & Uxorium, & Nilum:

¹ Socero.] Annio Severo.

² Et item alio profocero.] Absunt à regio. voces profocero & abfocero ex libris juris notæ.

³ Romæ Pompejanam domum possidens.] Pompejanæ domus Plutarchus in vita meminit, & Suetonius libro III. cap. xv. & in libro de illustribus grammaticis. Rostratam fuisse nominatam ostendit mox Capitolinus: haut dubie propter fastigium vel ornamentum aliud rostri forma, Magni ædibus concessu senatus ac pop. Ro. æfixum, navalium ejus victoriarum monumentum.

GRUTERUS.

² Et item alio profocero, & duobus abfoceris, &c.] Sic omnino Pal.

⁵ Cuncta illa quæ Cicero ex Demetrio & Arato.] Pal. quæ Cicero & Demetrio & Aratum. si quid video, recenset titulos poematum quibus usus Tullius; sed quam mendosi sint, quilibet videt. neque is ego sum qui præstem medicinam. sufficit detexisse ulcera.

SALMASTIUS.

⁴ Et cuncta illa quæ Cicero ex Demetrio & Arato.] Quæ Cicero & de Merio & Aratum. sic omnes libri. minimo negotio veram lectionem eruo quæ

est: & cuncta illa quæ Cicero edidit, Marium, & Aratum, & Alcyonas, & Uxorium, & Nilum.

CASAUBONUS.

⁶ Quæ Cicero ex Demetrio.] Reg. & de Merio. fortasse, & de Mario. Ex primo de legibus, & aliis locis M. Tullii notum ejus carmen, cujus index MARTIUS. de quo augur Scævola olim auguratus,

Caneſcet ſeculis innumerabilibus.

⁷ Et Arato.] Reg. & Aratum. & que leve.

⁸ Et Alcyonas, & Uxorium & Nilum.] Elegias Ciceronis Servius laudat in primam Virgiliti eclogam. puto hos esse diversarum elegiarum titulos: qualis est cujus ibi meminit, Talemaſtis. nam ita scribitur, mendose, ut viderur. etiam in indicibus hic memoratis menda later fortasse: nam Uxorius comædiæ epigraphen magis sapit. Sic apud Græcos Amphis, Alexis, alique comici, Γωαινοραλιδωρ, vel Γωαινοραλιδωρ ediderant. nec mirum nobilissimi ingenii virum, comica quoque attigisse argumenta, cum Pontium Glaucum tetrametris idem composuerit exemplo multorum dramaticorum poetarum. ejus meminit & Plutarchus

lum: ¹ quæ quidem ad hoc scripsit ut Ciceronis poë-
mata nimis antiqua viderentur. Scripsit præterea
quemadmodum Virgilius Æneidos, Staius Achillei-
dos, & multi alii Iliados; ita etiam ille Antoniniados,
hoc est, Antoninum Pium & Antoninum Marcum,
versibus disertissimis, libris xxx. vitam illorum, & bel-
la & publice privatimque gesta perscribens. Et hæc
quidem puerulus. Postea vero ubi adolevit, ³ in Athe-
næo controversiis declamavit, audientibus etiam im-
peratoribus suis. ⁴ Quæsturam magnificentissime ges-
sit ⁵ ædilitatis suæ tempore. xii. populo Rom. mune-

chus. Pro Nilus vero, fortasse scriben-
dum *Limon*. quo indice laudari scimus
Ciceronis poëma, cum à Donato in
vita Terentii, tum ab aliis.

¹ *Quæ quidem ad hoc scripsit, ut Cice-
ronis poëmata nimis antiqua viderentur.*
Sunt sane in poëmatibus Ciceronis non
infrequentes *ἑρμῆος*: sed qui gra-
tiam potius quam inveniuntatem illis,
iudicio meo, concilient. Gordiano
quidem cum Romana Suada certa-
men durum, & ut persuasus sum, im-
par congressus.

² *Et multi alii Iliados.* Princeps va-
rum, auctor Iliadis parvæ, Attius, alii.

S A L M A S I U S .

² *Et multi alii Iliados.* Qui sunt illi
multi qui Iliada scripserunt? aut cur
non potius celeberrimum Iliados
conditorem nominavit, Homerum?
non de nihilo suspectum hæc no-
men *Iliados*, neque enim ceteris re-
sponder. Æneida scripsit Virgilius,
in qua Æneæ solius gesta & adven-
tus in Italiam memorantur. Staius
in Achilleide solum Achillem versi-
bus celebravit. sic & Gordianus An-
toniniadem cum scripsit, Antonino-
rum vitam & res gestas versibus pan-
gendas suscepit. at non simile est de
Iliade in qua non unius herois gesta
panduntur, sed duorum potentissi-
morum populorum regumque & He-
roium multorum pugnae descriptæ

ra,
continentur. alias Staii Thebaidis
potius quam Achilleidis meminisset.
præter hæc etiam suspicionem no-
stram non mediocriter auget libro-
rum veterum consensus in hac le-
ctione respuenda. nam optimus Pa-
latinus habet, *Elidos*. vetus editio:
Eliados, quæ vicem manuscripti esse
potest. an *Aliados*? ut de Ælio Ve-
ro accipiamus. sed non fit mihi ve-
risimile, neque adeo verum puto:
suspicio sub illis duabus vocibus, *alii
elidos*, latere titulum ejus operis quod
frustra nunc quæro. scribendum igitur:
*Staius Achilleidos & multi Alii
elidos. de quo nos cogitabimus, cum
plus erit otii. opus illud Latinum
fuit, & auctor Latinus.

G R U T E R U S .

³ *In Athenæo controversiis declama-
vis.* Non aliter quoque Palatinus.

C A S A U B O N U S .

³ *In Athenæo controversiis declama-
vit.* Scrib. *controversias*. de Athenæo
satis supra.

⁴ *Quæsturam magnificentissime ges-
sit.* Magnificis muneribus populo exhi-
bitis, sua pecunia, ut paulo post dici-
tur: cum tamen plerique quaestores,
ex imperatoris pecunia ludos ede-
rent, ut in superiorum vitis notatum
sæpe.

⁵ *Ædilitatis suæ tempore xii. populo
munera.*

ra, id est, per singulos menses singula de suo exhibuit, ita ut gladiatorum nonnunquam quingena paria exhiberet, nunquam minus centenis quinquagenis: Feras Libycas una die centum exhibuit, urfos una die mille. Extat sylva ejus memorabilis, quæ

munera.] Plane ingens magnificentia, & cujus aliud, opinor & exemplum nullum quod ut melius intelligas, ad ad Novellam Justiniani centesimam quintam, qua definiuntur Consulium *προσδοι*.

1 *Feras Libycas.*] Leones, & pardos, ut interpretatur Servius. Conveniebant in Africa certis locis varia & *επεροχθείς* fera: his venatores infidias ituebant, & captas Romam mittebant. hæc sunt quæ Dioni sapius *Λιβυκῆς θηρίων* communi nomine, Latinis Africanæ, vel Libycæ fera vocantur.

2 *Extat sylva ejus memorabilis.*] Producebantur animalia in publicum vel *ισθίας χρίαν*, ut spectarentur solum, vel ut pugnando spectatores oblectarent, aut denique ut à populo non tantum spectarentur, verum & diriperentur. Ad tertium genus, nam duo illa priora nunc omitto, Gordiani hæc venatio pertinuit. Multa enim ac diversa ferarum genera & exhibuit in circo, & populo diripienda concessit. Simile spectaculum describit fuscus Vopiscus in Probo, & *venationem amplissimam* nominat. Capirolinus hoc loco *sylvam*. & alii quoque ita vocitant. hujus appellationis duplex ratio: nam & multiplicia illa animalium genera quæ in circum vel amphitheatrum inducebantur, imaginem sylvæ quæ feris abundaret referebant: & multo magis omnifariæ arbores, ipsis evulsa radicibus, atque in circum vel amphitheatrum inferri atque destitui solitæ, ut expressam veræ sylvæ speciem locus præberet: quod ex Vopisci descriptione in Probo est manifestissimum. Dixerunt & *pancarpum* id genus spectaculi: idem

enim esse sylvam & pancarpum duosummi viti Jacobus Cujacius & Franciscus Pithæus pridem observarunt. Notum est quid veteres Athenienses *πάσκαρον θυσίαν* appellarent. inde est translatum nomen ad alia quæ similiter ex variatum rerum miscella constarent. Sic *πάσκαρον τέφανοι* Aristæas dixit auctor antiquissimus & elegantissimus, coronam compositam ex omni fructuum genere, putâ, racemis, spicis, dactylis, malis multifariis, oleis, ac cæteris similibus. Locus est in descriptione divitis illius mentæ qua Ptolemæus ob communicatam sibi Dei Legem, templum Hierosolymitanum ornavit: *ὑπὸ τῷ ἐκτύπωσιν*, inquit, *τῶν λίθων τῶν ἀοθεσίας τέφανοι ἐποίησαν οἱ τεχνῖται πάσκαρον, ἐν ὑπεροχῇ ἔχοντες* (supplenda vox *ἐκτύπωσιν*) *βοτάνων καὶ σακχάρων, ἐπὶ τῶν φοινίκων καὶ μηλων ἐλαίας τε καὶ ῥοῶν καὶ τῶν ἀρωματισίων.* Josephus qui Aristæam fere transferribit, coronam pancarpum ita expressit: *ὑπὸ τῷ ὄντι ἀπὸ ἀγτύπωσιν, τέφανοι ἀεινήσαν οἱ τεχνῖται, παντοίας καρπῶν φύσιν ἐπιθεροδιδόνον.* Ita igitur & pancarpum dixerunt spectaculum venationis, quo omnium generum bestiarum exhiberi solitæ, ut præclare docet Augustini locus à doctissimo Pithæo adductus è libro contra Secundinum. Nugatur & nodum in firpo quarit *κενέης οἰήσιν ἐμωλεσθῆναι ἀσκήσιν*, qui ad Martialis amphitheatrum disputat de discrimine inter pancarpum & venationem direptionis. Falsum vero quod idem scribit, à Gordianis primis exhibitam id genus venationem. Lampridius de Alagabalo: *ἐκ τῶν κολλῶν (sive consularum) misisset in præ-*

phylum, non nummos vel argenteos, vel aureos, vel bellaria, vel minuta animalia, sed boves opimos, & camelos, & cervos, populo diripiendos abiecit (vel obiecit) imperatorum esse dictitans. testatur & Herodianus, obiecta populo εἰς ἀρπαγῆς ζῶα πῶτα ὅσα ἤμωρον, ὅσα ἀτίθαλα, πολλὰ χεῖρον. quare non Gordiani primitus, sed alii priores, certe Alagabalus, direptionis bestiarum exemplum dederat. Verum de his plura alibi.

SALMASIUS.

2 Extat sylvæ ejus memorabilis.] Sylvam & pancarpum idem esse jam pridem sibi persuaserunt homines eruditissimi. quam falso paucis heic ostendam. adeo enim diversa res est pancarpus & sylva, ut nihil fieri possit diversum magis. nihil, inquam, simile: omnia omnino disparia. qui eadem esse hæc duo existimarunt, videntur prorsus ignorasse, quid pancarpus esset, quid sylva. in pancarpo nulla sylva, vel sylvæ species, nulla herbatica animalia, nulla animalium direptio, nulli qui diriperent populares. in sylva nullæ feræ, nulla cum bestiis hominum depugnatio, nulla bestiarum occisio. quid tamen contrarium? Sylvam igitur vocarunt genus venationis ludicræ vel spectaculi, in quo omnia quæ producta erant animalia, diripiebantur à populo, ab eo quod totus circus ad sylvæ speciem arboribus esset constitus. arbores enim per milites radicitus evellabantur, quæ in circo connexis longelateque trabibus, terra superjecta affixæ plantarentur, ita ut sylva plane esset, qua differta omni genere herbaticorum animalium. immittebatur populus qui omnia diriperet. vide Vopiscum in Probi vita. nullæ autem feræ, aut noxia, vel dentibus, vel unguibus animalia exhibebantur in illo venationis ludicro, sed herbatica tantum, & quæ rapi facile possent ab inermibus popularibus. viva enim diripiebantur. hæc Gordiani sylva, quam memorabilem fuisse heic nar-

rat Capitolinus, habuit cervos, oves feras, equos feros, tauros Cypriacos, onagros, ibices, damas, & cetera id genus agrestia & sylvatica animalia. Vopiscus eadem fere memorat fuisse in ea sylva, vel venatione quam dedit Probus. venatio igitur plane fuit ista. nam circus in sylvam erat compositus. & sylva illa sylvaticis animalibus & agrestibus omne genus abundabat: immittebatur deinde populus, qui ea venaretur & diriperet. hoc sylva fuit, hæc illius appellationis ratio. Pancarpum vero spectaculi genus appellarunt, in quo homines mercede conducti cum bestiis depugnarent. Cassianus collat. v. cap. xiv. ut fieri solet ab his qui coram regibus hujus mundi omnigenis congressi bestiis prætorum contemplatione consueverunt, quod spectaculi genus vulgo pancarpum nuncupantur. Hi, inquam, feras quascumque fortiores robore, vel feritatis rabie conspexerint diriores, adversus eas primæ congressionis certamen arripunt, quibus extinctis reliquas, quæ minus terribiles, minusque vehementes sunt, exitu faciliore prosternunt. Justinian. Novel. cv. μετ' ἐκείνου τῷ Ἐλεγεμῆς μονημερῆς, εἶθαι πολλῆς ἡδονῆς θείας ἐμπαλῆσθ' ἢ δῆμον τὸ, πικρὰ μῆρον πῆσι καὶ πῆσι θεάμειρον καὶ θεαίσις ἀποσκαχόμενος ἀνθρώπων, καὶ ἀδακίμωνος τῆ τόλμῃ, καὶ ἀποσπῆ ἀναρῆμῆρα τῆ θεαί. ubi ἀνθρώποι ἀδακίμωνες τῆ τόλμῃ sunt ἀδακίμοι. ita enim Græci vocant homines perditæ ac desperatæ audaciæ qui operam suam ut cum bestiis pugnarent, locabant. audaces dicuntur Claudia-

Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum

Arte ligent, certoque premant venabula nisu.

audaces Justiniano ἀδακίμωνος τῆ τόλμῃ. Firmicus: faciet audaces, audaces, periculosos. perperam de his audacibus, vel ἀδακίμοις accepit locum istum Manili, magnus ejus interpres:

Sunt quorum similes animos nec mania frenent,

Sed

Sed pecorum membris media grassentur in urbe,

Et laceros arius suspendant fronte tabernæ,

Luxuriæque parent cædem, mortesque lucrentur.

macellarios & laniones intellexit Manilius, non *ῥαβδολας*, aut ferarum confectores & bestiarios. qui pecorum membris grassantur in urbe media, sunt laniones, qui pecora membratim discerpunt, & fronte lanionix tabernæ suspendunt discerpta. Phædrus in jocis:

Pendere ad lanium quidam vidit simium
Inter reliquas merces, atque obsonia.

iidem etiam luxuriæ cædem parant, dum pecora mactant & cædunt ad usum gulæ, & luxuriam. nam luxuries etiam est, ac dicitur in epulis lautioribus, exquisitoribus, & profusioribus. iidem porro *mortes* quoque *lucrentur*, qui mortes ac cædes pecudum in quæstu ac reditu habent. corporicidæ vocantur in vet. gloss. *corporicida*, *μορκεδότης*. mirarer præterea, si pecora Manilius feras appellasset. & hoc satis esse potuit, ad virum illum maximum deterrendum, ne pecorum membris grassantes, bestiarios intellexeret, si attendisset pecora de bestiis non dici apud Latine loquentes. sed ad pancarpum redeamus, in quo spectaculi genere homines audaces, *ἢ τῆ πόλμῃ δίδουκίμῆντες* cum feris pugnabant. *μνημέριον* etiam dicebatur, quod ultra unius diei spatium non protraheretur. extat Leonis Philosophi epigramma *εἰς τὸ μνημέριον ἢ ἔαν κωμηγέσιον ἐν ᾧ ἀγωνίζονται ἀνδρῶν ἀπὸς ἡρώδου*. auctorati & mercede conducti hoc faciebant, ut ex Cassiano constat, & Cassiodoro lib. v. epist. xlii. ubi pancarpum multis describit, etsi non nominet. in fine epistolæ hæc leguntur: *longum est per tot periculorum casus sermonibus evagari, sed apte jungendum est quod ait de inferis Manianus, Quis scelerum comprehendere formæ: quis omnia pugnarum percurrere nomina possit? sed vobis quilibet us necesse est cælia populis exhibere, largitate manus fundi-*

te præmia, ut hæc miseris faciatis esse vota. postrema hæc verba satis liquido patefaciunt mercede ac præmiis invitatos in arenam descendisse ejusmodi audaces ac desperatos homines ad bestias depugnandas. præter has igitur differentias sylvæ & pancarpi, pancarpum in amphitheatro, sylva in circo edebatur. pancarpum spectaculum usque ad posteriorum imperatorum ævum duravit, & solebat edi à consulibus & prætoribus qui magistratum inibant. at venationis illud sive direptionis ludicrum, quam sylvam dicebant, penitus ab usu & consuetudine recesserat sub posterioribus imperatoribus: saltem nulla ejus uspiam extat memoria in libris auctorum, qui sub illis vixerunt & scripserunt. Justinianus ipse qui Novella illa c. v. omnia spectaculorum genera commemorat, quæ tum edi moris fuit à consulibus, cum inirent consularum, nusquam sylvæ meminit. nam qui pancarpum cum sylva idem faciunt, tota re falluntur. & falsus etiam vetus Novellarum interpret, qui pancarpum eo loco sylvam exponit. errant etiam quibus *pancarpus* dicitur hoc genus spectaculi. nam hoc *pancarpum* dicebatur. Græcis, τὸ πείσιμαρπον. quod *ἐπιπικῶς* dicitur. integrum enim est, τὸ πείσιμαρπον κωμηγέσιον. & dictum pancarpum ab omnigenis bestiis, quæ in illo spectaculo depugnabantur & occidebantur ab illis audacibus & *ῥαβδολοῖς*, qui operam suam ad eas conficiendas locabant. Cassianus loco supra citato rationem nominis aperit his verbis: *ut fieri solet ab his qui curam regibus hujus mundi omnigenis ingredi bestiis præmiorum contemplatione consueverunt, quod spectaculi genus vulgo pancarpum nuncupatur.* D. Augustinus adversus Secundinum: *nomine pancarpi quod in ludicris muneribus edi solet, propter omnium generum quæ inerant feras exagitatæ arcæ Noë, quæ per omne genus animalium, futuram ex omnibus gentibus figurabat Ecclesiam. male hodie legitur apud Augustinum: propter omnium generum quæ inerant herbas. alii*
bestias

¹ quæ picta est in domo rostrata Cn. Pompeji, quæ ipsius & patris ejus & proavi fuit, quam Philippi temporibus vester fiscus invasit. In qua pictura etiam nunc continentur ² cervi palmati ducenti mixtis Britannis: ³ equi feri xxx. ⁴ oves feræ c. alces x. ⁵ tauri Cypriaci c.

bestiam correxerunt. nobis magis placuit, *feras*. quidquid miscellam esset, & ex variis rebus contextum confarctatumque, *παισιχερον* Græci dixerunt. sic *παισιχερον σεφανον* vocant coronam ex vario florum genere factam. Meleager ita inscripserat collectionem veterum Epigrammatum, ex omnibus antiquorum poetarum epigrammatis compilatam, in qua singulos poetas, quos in illam compilationem innexuerat, singulis floribus perquam eleganter comparabat.

Μῆσαι φίλα τίνι τῷ δὲ φέρεις παίσ-
χερον ἀοιδῶν,
Ἥ τις ὁ καὶ τὰς ἑσθλὰς ὑμνοῦσθαι σεφά-
νον;

idem alio epigrammate:

Παισιχερὸν σοι Κύπροι καθήμισσε
χειρὶ τρυφήσας
Παιδῶν ἀνθῶ ἐρωὶς ψυχραιπὶ τῷ
σεφανον.

παισιχερος iidem Græci vocaverunt *σεφάνης* ex omni genere fructuum compositas corollas, quibus columnarum frontes ornabantur. *εἰσιχερος* vocavit Vitruvius lib. iv. cap. i. & *εὐματῖς* & *εὐμαρῖς* pro crinibus dispositis frontes ornaverunt. legebam aliquando apud Vitruvium: *πανκαρῖς*. sed *εἰσιχερῶ* *σεφῶν*, & *παισιχερῶ* idem. sic *εἰσιχερον ἐλαίων* dicebant olivæ ramum ex omnigenis fructibus implexum, quem ante fores statuebant Athenienses & quotannis renovabant. de quo ita Grammatici: *κλάδῳ ἢ ἐλαίας ἐπέλοις πεπλεγμένῳ. ἐξήρησε ἢ αὐτῆ ὠρεῖα πᾶν*. ejusmodi autem encarpus, quos in columnis antiquis & operibus ad ornamentum sculperere solebant artifi-

Tom. II.

ces, etiam *παισιχερος* Græci appellant. Aristæas: *ὑπὸ δὲ τῷ ἐκτύπω-
σιν ἔστι λίθων τῶ ἀοβείας σεφανον ἐποίη-
σαν οἱ τεχνίται παισιχερον ἐν ὑπερο-
χῇ ἔχοντα βοτάνων καὶ σαχῶν, ἐπὶ ἣ
φοινίκων καὶ μήλων, ἐλαίας τε καὶ ῥόδων
καὶ τῶ ὠρεῖα πᾶν*. *ἔχειν βοτάνων καὶ
σαχῶν*, Græca & Attica loquutio sic *πίνειν οἶον, ἀρετὰ λαβεῖν*, & similia. perperam locum illum Aristæas sollicitavit eruditissimus vir, dum aliquid ei deesse putat ad orationis integritatem.

CASAUBONUS.

1 *Quæ picta est in domo rostrata Cn. Pompeji.*] More qui eo seculo frequentissimus. ut supra ad Pescennium Nigrum dicebamus. Originem hujus moris indicat Plinius libro xxxv. cap. vii.

2 *Cervi palmati ducenti.*] *Πλατυκέ-
ρατες* Græcorum, Plinius libro xi. capite xxxvii.

3 *Equi feri xxx.*] De equis feris Aristoteles, Strabo, Plinius, Oppianus, alii. Fuere cum in aliis provinciis multis, tum in Syria quoque, & quidem peculiaris ingenii in vindicta de rivalibus capienda, ut scribit philosophus libro De miraculis auditis. de his accipienda verba Chaldaici paraphrastæ capite quinto Jeremia, ubi eos vocat Græca dictione, *ἵππους ἄ-
ρῆτες*. iterum meminit Capitolinus infra hoc libro. De caballis sylvaticis lege Paulum Diaconum in historia Langobardorum, libro quarto, capite iv.

4 *Oves feræ c.*] Ovem feram appellarunt Romani veteres quam *camelopardalim* Græci. sed hoc loco & in

F

Probø

ci c. ¹ struthiones Mauri miniati ccc. onagri xxx. aprici l. ibices cc. damæ cc. Hæc autem omnia populo rapienda concessit die muneris quod sextum edebat. ⁴ Præturam nobilem gessit: ² post jurisdictionem consulatum primum inuit cum Antonino Caracallo, secundum cum Alexandro. ³ Filios duos habuit, unum consularem, qui cum ipso Augustus appellatus est, qui juxta Carthaginem in Africa bello absumptus est; & filiam ⁴ Metiam Faustina, quæ nupta est Junio Balbo consulari viro. In consulatibus clarior fuit sui temporis consulibus, ita ut ei Antoninus invideret, modo prætextas ejus, modo latum clavum, modo circumcensiles ultra imperatorium modum mirans. ⁵ Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit, quum ante imperato-

res

Probo Vopisci, ovem feram interpretor, quod verba sonant οὐν ἀγρία. nam & oves sunt ferae, de quibus Xenophon, Aristoteles, Plinius, alii. Lege Varronem De re rustica libro secundo, capite primo. in octavo Apicii, capite quarto habes de condimentis ovis sylvaticæ.

⁵ Tauri Cypriaci c.] Horum forma peculiaris: erant enim gibberes, ut ex Aristotele refert Servius primo Georgicorum. Syriacis hoc tribuit Plinius. Boum Cypriorum nota est etiam proverbio ἡ οὐαὶ Φαζία.

¹ Struthiones Mauri miniati ccc.] Μαυροστίας σπυθὸς similiter Græci, ut Herodianus in primo. Miniari solita Romæ, quæ ad spectacula aut pompam producerentur, ex Plinio discimus.

² Post jurisdictionem consulatum primum inuit.] In utroque consulatu fuit suffectus, ut apparet ex Fastis. *jurisdictio xueias* hic est prætura: non quod jurisdictionem non haberent majores alii magistratus; sed quia juris ordinarii administratio propria prætorum, sic sæpe in Pandectis.

SALMASIUS.

³ Filios duos habuit, unum consularem.] Stare posset hæc lectio, si duos filios mares habuisset Gordianus. sed cum unum tantum filium habuerit, eumque consularem, & qui cum ipso Augustus factus est, non video quorsum pertineat hæc lectio, unum consularem. codex Palatinus habuit: illum consularem qui cum ipso Augustus appellatus est, quod rectum est. legi tamen etiam posset: filios duos habuit, filium consularem qui cum ipso Augustus appellatus est, & filiam Maciam Faustina etiam consulari nuptam. atque id rectius esse arbitror, filiorum autem nomine tam mares quam fœminas comprehendere nemini ignoratur, qui vel primoribus labris jus nostrum gustavit. filios igitur duos habuit Gordianus, filium & filiam: & filium quidem consularem & Augustum cum ipso appellatum, filiam etiam consulari nuptam. ⁴ Metiam Faustina.] Maciam Faustina.

CASAUBONUS.

⁵ Palmatam tunicam & togam pictam pr.] At Alexander Severum de hoc diximus.

I Per

res etiam de Capitolio acciperent vel de Palatio. Equos Siculos c. Cappadoces c. ¹ permittentibus imperatoribus factionibus divisit. Et per hæc populo satis charus qui semper talibus commovetur. Cordus dicit in omnibus civitatibus Campaniæ, Hetruriæ, Umbriæ, Flaminia, Piceni, de proprio illum per quadri-
dium ludos scenicos & juvenalia edidisse. Scripsit & laudes soluta oratione omnium Antoninorum qui ante eum fuerunt. Tantum autem Antoninos dilexit ut sibi quoque, ² ut multi dicunt, *Antonini*; ut plerique autem asserunt, *Antonii* nomen adscripserit. ³ Jam illud satis constat quod ⁴ filium Gordianum ⁵ nomine

Anto-

¹ *Permittentibus imperatoribus.*] Nam auctoritate principis opus fuit ad equos curules comparandos. de quo multa in Codice & epistolis Symmachi: Sic feras ad venationes coemere sine principis permisso non poterant, ut testatur idem Symmachus libro septimo, epist. cxxii.

² *Ut multi dicunt, Antonini, ut plerique autem asserunt, Antonii nomen adscripserit.*] Iterum infra, nobilitatem, ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab Antonii duxit. eandem varietatem sententiarum retulerat idem Capitolinus & in Opilio Macrino. Lampridius quoque in Heliogabalo bis meminit: sed non dubitat Lampridius errare eos qui ANTONINOS fuisse dictos Gordianos putarent. recte nam ita & vetus lapis tertio Gordiano positus, in quo dicitur M. ANTONIVS. GORDIANVS. & in alio lapide, PRO. SALVTE. IMP. CÆS. M. ANTONI. GORDIANI. & ita in multis.

SALMASIUS.

³ *Jam illud satis constat quod filium Gordianum nomine Antonini & signo illustravit.*] Hæc pessime à correctoribus accepta, non mirum si parum bene intellexeret doctissimi viri. sola tamen distinctione murata, & particula & sublata, quam nec vetus editio agnoscit, quidquid est vitil facile pur-

gari poterat. legendum igitur & distinguendum: *jam illud satis constat, quod filium Gordianum nomine, Antonini signo illustravit, quum apud præfectum ararii more Romano professus filium publicis actis ejus nomen infereret.* filium Gordianum nomine, Antonini signo id est cognomine illustravit, cum ejus nomen actis publicis inferendum curaret. in Gordiano juniore: *Antoninum filium suum ipsa significari voluit in Senatu.* id est, filium suum cognominati voluit Antoninum. signum autem est cognomen. Spartianus in Commodò: *pro Decembri Amazonium ex signo ipsius adulatores vocabant.* Volpiscus in Aureliano: *Huic signum exercitus apposuerat, manu ad ferrum, ut si forte quæreretur, quis Aurelianus aliquid vel fecisset vel gessisset, suggereretur, Aurelianus manu ad ferrum, atque cognosceretur.* Spartianus in Pescennio Nigro: *quod omnino intellectum non est, nisi quum Bassianus Antonini, quod verum signum Pii fuit, nomen accepit.*

GRUTERUS.

⁵ *Nomine Antonini & signo illustravit.*] Non comparet in Palatino copula &. meo judicio, poterat adhuc præterea abesse, vox signo.

CASAUBONUS.

⁴ *Filium Gordianum nomine Antonini & signo illustravit.*] Qualem istud

F a fuit

Antonini, & signo illustravit, quum apud præfectum ærarii more Rom. professus filium publicis actis ejus
 5 nomen infereret. Post consulatum proconsul Africæ factus est, adnitentibus cunctis¹ qui Alexandri imperium etiam in Africa clarum per proconsulis dignitatem haberi atque esse voluerunt. Extat epistola ipsius Alexandri, qua senatui gratias agit quod Gordianum ad Africam proconsulem destinaverit, cujus hoc exemplum est: *Neque gratius mihi quicquam P. C. neque dulcius potuistis efficere quam ut Antoninum Gordianum proconsulem ad Africam mitteretis, virum nobilem & magnanimum, disertum, justum, continentem, bonum,* & reliqua. Ex quo apparet quantus vir eo tempore Gordianus fuerit. Amatus est ab Afris ita ut nemo antea proconsulum: ita ut eum alii Scipionem, Catonem alii,² multi Mutium,³ ac Rutilium,⁴ aut Lælium dicerent. Extat eorum acclamatio, quæ⁵ à Junio in literas relata est.⁶ Nam quum quadam die factum impera-

fuit. *Antonini signum?* aut quid est signo illustrare? equidem hæc non capio. Sed legendum existimo, nomine Antonini & in senatu illustravit, & cum apud præ-nato recens Gordiano puero, accidit ut illius mentionem in senatu pater faceret: cum quidem illum Antonium appellavit. postea sequitur: *primis diebus sui natalis Antoninus est appellatus: mox in senatu Antonini nomen est editum.* & paullo ante: *Antoninum filium suum ipse significari voluit in senatu.* ad quos locos vide quæ notamus.

GRUTERUS.

1 *Qui Alexandri imperium.*] Pal. imperatorium; ut forte subaudiendum veniat, aut nomen, aut decus aut simile quid.

CASAUBONUS.

2 *Multi Mutium.*] Mutii in veteri historia Romana multi, viri clari, & virtutibus insignes: sed hic Q. Mutius Scævola intelligitur, qui ex consulatu Asiæ nactus tanta integritate

torium eam rexit, ut ejus administratio pro exemplo & forma officii, cæteris qui in eam provinciam postea profecti sunt, à senatu sit proposita. Multa M. Tullius variis locis, & Valerius Maximus lib. VIII. cap. XVII.

3 *Ac Rutilium.*] Is est de quo Valerius Maximus libro II. cap. de majestate. hujus passim M. Tullius & Seneca meminerunt: etiam Suetonius in Octavio, capite LXXXIX.

4 *Aut Lælium.*] C. Lælium cognomine Sapientem. ex libris M. Tullii notissimus est.

5 *A Junio.*] Junio Cordo.

SALMASIUS.

6 *Nam quum quadam die factum imperatorium legeret.*] Quodnam istud factum imperatorium esse, aut quid eo nomine appellari dicemus? non dubito editum vel rescriptum imperatoris ita vocari, qualia ad proconsules & reliquos provinciarum præfides mittebantur, ad provincialium quibus

torium legeret, atque à proconsulibus Scipionibus
cœpisset, acclamatum est, *Novo Scipioni, vero Scipioni,
Gordiano proconsuli.* Hæc & alia frequenter audivit.
Et erat quidem longitudine Romana, canitie decora 6

&

bus præsidebant, aut etiam totius rei-
publicæ utilitatem spectantia, sed
quis rescriptum imperatorium, fa-
ctum unquam appellari audivit? qui
nusquam hoc audivit, heic audiat.
Scaliger in Aufonianis lectionibus
vulgavit primus constitutionem Fl.
Constantini Tyranni, qua sanxit,
ut septem provinciarum Galliarum con-
ventus Arelatæ, qua in urbe im-
perii sedem fixerat, agerentur. e-
jus constitutionis inscriptionem in
scripta schida hanc fuisse testatur ad
Symmachum optimus & eruditissi-
mus Juretus qui vidit: FACTVM FL.
CONSTANTINI AD AGRICOLAM PRÆF.
PRÆTORIO GALLIARVM. putavi ali-
quando factum pro edicto absolute
dici, quod edicta fieri ad præfides di-
cerentur cum mittebantur. Cypria-
nus epist. LXXXII. *subjecit etiam Vale-
rianus Imperator orationi suæ exemplum
litterarum quas ad præfides provinciarum
de nobis fecit.* sed hoc mihi nunc vehe-
menter displicet. factum igitur nihil
aliud est quam τὸ πρᾶγματικόν, vel
pragmatica sanctio. notum est prag-
maticas sanctiones non nisi in publi-
cis causis fieri solitas, ad preces civi-
tatum aut provinciarum, & ad sug-
gestionem plerumque judicum &
præfidum provinciarum. de genere
hoc istam Constantini sanctionem
esse statim initio ejus proditur: *Salu-
berrima magnificentia tua suggestione inter
reliquas reip. utilitates eviderter instructi,
observanda provincialibus nostris.* &c.
pragmatica autem ejusmodi rescripta
dicebantur, quod longo tractatu &
consilio habito sollemniter & multa
verborum dissertatione formarentur.
quidquid enim hoc modo fit, Græci
vocant πρᾶγματικόν. sic πρᾶγματικὴν
ἰστορίαν Polybius nisi fallor appellat,
quæ res gestas diligenter & copiose

narrat. Strabo lib. XIII. πρᾶγματικῶς
φιλοσοφῆν eodem sensu dixit: cui
opponit, ἥσεις ληκυθίζειν. τὸ πρᾶ-
γματικόν Græci simpliciter vocant ἰ-
stiusmodi rescripta. ut in Concilio
Chalcedonenſi Can. XII. *αἰροδρα-
μόντες διωκταίαις τῶν μέλων ἐπαρ-
χίαν εἰς δύο κατέτεμον.* Zonaras τὸ
πρᾶγματικόν exponit αἰροδραμόντες
ἔγραφα. Latini facta vocantur, ut ex
hoc loco constat, & inscriptione il-
lius Constantiniani rescripti. id con-
firmant optimæ glossæ, in quibus le-
gitur: facta, τὸ δηγηματικόν. nam τὸ
δηγηματικόν, & τὸ πρᾶγματικόν
fere idem. quod pluribus scilicet ver-
bis conceptum esset, & enarratum.
quales erant illæ constitutiones quæ
pragmaticæ ex eo dicebantur. hinc &
facta causarum Cod. de offic. civ. jud.
leg. 1. *in his bonis quibus causarum merita
vel facta panduntur. causarum facta,
τὸ δηγηματικόν ἔδικῶν.* cum utra-
que pars causæ suæ meritum expo-
suit, & litem contestata est. sed & in
lege III. Cod. de advocatis divers.
jud. melius legi censeam, *advocati qui
dividunt ambigua facta causarum, quam
fata. facta causarum & merita causa-
rum, pro causis ipsis & litibus. idem
meum est iudicium de aliis locis in
quibus facta causarum habentur. hinc
causæ facta conceptæ.* eadem Glossæ:
facto conceptas, δηγηματικῶς. minime
dubium est intelligi debere causas.
quod ad contestationem litis, & ad-
sertionem partium pertinet. nam ut
habetur lege unica Cod. de contest.
litis, *lis tunc contestata videtur cum iudex
per narrationem negotii causam audire cœ-
perit.* recte igitur & erudite auctor il-
lius veteris Glossarii facta causarum
τὸ δηγηματικόν interpretatur.

& pompali vultu, ruber magis quam candidus, facie bene lata, oculis, ore, fronte, verendus. Corporis qualitate subcrassulus. Moribus ita moderatus ut nihil possis dicere, quod ille aut cupide, aut immodeste, aut nimie fecerit. Affectus suos unice dilexit: filium & nepotem ultra morem, filiam & neptem religiose Socero suo Annio Severo tantum detulit, ut in familiam ejus quasi filium migrasse se crederet, ¹ ut nunquam cum eo lavarit, ² nunquam illo praesente sederit ante praeturam. cos. quum esset, aut in domo ejus semper mansit, aut si in Pompejana domo, ad illum vel mane vel sero processit. Vini parcus, cibi parcissimus, vestitu nitidus, lavandi cupidus, ³ ita ut & quater & quinquies in die lavaret aestate, ⁴ in hyeme bis. Somni plurimi, ita ut in tricliniis si forte apud amicos ederet, etiam sine pudore dormiret: quod videbatur facere per naturam, non per ebrietatem atque luxuriam. Sed boni mores nihil ei profuerunt. ⁵ Hic enim vita venerabilis,

CASAUBONUS.

¹ *Ut nunquam cum eo lavarit.*] Nam more Romano neque liberi cum parentibus, neque generi cum soceris lavabantur. Plutarchus observat in Marco Catone.

³ *Ita ut quater & quinquies in die lavaret.*] Membranæ, ita ut quarto & quinto in die lavaret aestate, hieme bis.

GRUTERUS.

³ *Ita ut & quater & quinquies in die lavaret.*] Mavult etiam Palatinus, quod habent alii Mss. ita ut quarto & quinto.

⁴ *In hieme bis.*] Idem hieme secundo, sine in.

SALMASIUS.

² *Nunquam illo praesente sederit. Ante praeturam Cos. cum esset.*] Perperam distinctus hic locus videtur, ita ut nullum sensum sic interpuncta verba efficiant. distingue igitur: nunquam illo praesente sederit ante praeturam. Consul cum esset, aut in domo ejus semper mansit. tantum detulisse socero suo Gordianum

dicit, ut antequam praetor fieret, nunquam eo praesente sederet. post praeturam igitur, ut intelligere est, incipit sedere eo praesente. hic sensus hujus loci, quem celabat interpunctio vulgata.

³ *Ita ut quater & quinquies in die lavaret.*] Membranæ Palatinæ: ita ut quarto & quinto in die lavaret aestate, hyeme secundo. quod illi mutaverunt, qui nesciebant istis auctoribus, secundo, tertio, quarto, quinto, usurpari pro bis, ter, quater, quinquies. Spartianus in Alexandro, narrat cum secunda mensa Alexandro sapius poneretur, jocum extitisse, non secundam mensam habere Alexandrum sed secundo. quia secundo scilicet hoc est bis adponeretur. Trebellius Pollio in Galliceno: lavit ad diem septimo, aestate vel sexto: hyeme secundo vel tertio.

⁵ *Hic enim vita venerabilis.*] Pal. habet enim vita venerabilis. forte: hac enim vita venerabilis. id est, hoc genere vita.

lis, cum Platone semper, cum Aristotele, cum Tullio, cum Virgilio, cæterisque veteribus agens, alium quam merebatur exitum passus est. Nam cum temporibus Maximini hominis sævi atque truculenti, ¹ proconsul Africam regeret, eique legatus filius esset à senatu datus, quumque quidam rationalis acrius contra plurimos Afrorum sæviret quam Maximinus ipse pateretur, proscribens plurimos, interficiens multos, & ² sibi ultra procurationem omnia vindicans, ³ retunsus deinde à proconsule, atque legato, ⁴ quum nobilebus ⁵ & consula-

C A S A U B O N U S .

¹ Proconsul Africam reg.] Membr. proconsule.

² Sibi ultra procurationem omnia vindicans.] Scripti, ultra procuratorem. non ineleganter. paulo aliter Spartianus in Hadriano, procuratores latius evagantes coërcuit.

⁴ Cum nobilebus & consularibus viris ipse minaretur, cumque Afr.] Scripta lectio suspendit sententiam à principio periodi, nec cum hic agnoscit ante nobilebus: deinde scribit, n. & c. viris ipse minaretur & indium. pro excidium. ut videbatur & Puteano. Qui regium codicem descripsit, multa hic omisit studio, rejicitque nos ad librum superiorem.

S A L M A S I U S .

¹ Proconsul Africam regeret, eique legatus filius esset à Senatu datus.] Aliter hæc in Palatino concipiuntur: Nam cum temporibus Maximini hominis sævi atque truculenti proconsule Africam regeret, filio jam ex consularibus sibi legato à Senatu dato. atque ita legi debet. filio jam exconsularibus, est filio jam consulari. consulari enim jam eum tum fuisset, cum patri proconsuli legatus à Senatu datus est, paulo ante cognovimus. de hac autem loquendi forma, ex consularibus, ex ducibus, ex præsidibus, in superioribus animadversionibus satis multa dixi.

³ Retunsus deinde à Proconsule.] Membranæ petrusus habent. pro retun-

sus. sic paulo post: pecognovit, pro recognovit. ex quo fecerant; spe cognovit. sed & totam hanc periodum earumdem membranarum auctoritate sic lego & constituo: quumque quidam rationalis acrius contra plurimos Afrorum sæviret, quam Maximinus ipse pateretur, proscribens plurimos, interficiens multos, & sibi ultra procurationem omnia vindicans, retunsus à Proconsule atque legato, nobilebus & consularibus viris ipsis minaretur exitium, Afri tam insolentes injurias ferre nequiverunt, & primum ipsam rationalem adjanctis sibi plerisque militibus occiderunt: occiso deinde eo, quum jam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, ceperunt cogitare quemadmodum inter Maximinianos & rusticos vel Afros ortæ inimicitie placarentur.

G R U T E R U S .

² Et sibi ultra procuratorem omnia vindicans, &c.] Acquiescit & huic scripturæ Pal. estque vividior vulgata illa ultra procuratorem.

³ Retunsus deinde à proconsule atque legato, cum nobilebus & consularibus viris ipse minaretur, cumque Afri tam insolentes.] Aliter quoque Pal. nempe: atque legato nobilebus & consularibus viris ipsis minaretur et indium, Afri, &c. forsitan fuit, atque legato: nobilebus & Consularibus viris ipse minatur exitium; Afri.

S A L M A S I U S .

⁵ Et consularibus viris ipse minaretur, quumque.] Paulo aliter legit hæc liber

fularibus viris ipse minaretur, quumque Afri tam insolentes injurias ferre nequirent, primum ipsum rationalem adjunctis sibi plerisque militibus occiderunt. Occiso deinde eo, quum jam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, cœperunt cogitare ¹ quemadmodum in Maximinos & rusticos vel Afros ortæ inimicitiae placarentur. Tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, ² juxta Tyfdrum ³ nobilissima post hæc oratione ⁴ apud plebem in agro suo

Palatinus: & consularibus viris ipsis minaretur & indium. ex quo faciendum judicavi: & consularibus viris ipsis minaretur exitium. per consulares viros intelligit ambo Gordianos consulares, quorum pater proconsul, filius patris sui legatus.

¹ Quemadmodum in Maximinos & rusticos vel Afros ortæ inimicitiae placarentur.] Scribendum auctoribus iisdem membranis: quemadmodum inter Maximinianos, & rusticos vel Afros ortæ seditio placaretur.

² Juxta Tyfdrum nobilissima post hæc oratione.] Hæc nihil sinceri sonant. nec multum adjuvant libri veteres hoc loco, adjuvant tamen. pusilla plerumque varietas magni momenti initar est ad veram lectionem eruendam. sic igitur habebat scriptum liber Palatinus: juxta Tyfdrum nobilissime post hæc oratione. ex cujus scripturæ vestigiis, ad veram nisi fallor lectionem pervenimus. nam legendum: tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, juxta Tyfdrum, nobilissime profapia, hæc oratione apud plebem in agro suo velut concionabundus est loquutus. scriptum videtur fuisse: nobilissime prof. quod erat: nobilissime profapia. illud prof. facile postea degeneravit in post. egregie, si quid judico, hunc locum restituimus.

CASAUBONUS.

¹ Quemadmodum in Maximinos & rusti.] Scripta lectio: quemadmodum se-

ditio inter Maximinos & rusticos vel Afros ortæ sedaretur. recte.

³ Nobilissima post hæc oratione.] Sic & veteres codices: neque mutandum.

⁴ Apud plebem in agro suo.] Libri Puteani, apud plebem rusticanam in agr. sic supra.

GRUTERUS.

¹ Quemadmodum seditio inter Maximinos & rusticos vel Afros ortæ placaretur.] Ita aliorum mss. ita Pal. nam antea cusi; quemad. in Max. & rust. vel Afros ortæ inimicitiae placarentur.

³ Nobilissima post hæc oratione.] Sic & Pal. non ut publicati, post hæc. idem tamen noster, ne quid mentiar, habet nobilissime.

⁴ Apud plebem in agro suo, &c.] Pal. amplius, apud plebem vel urbanam vel rusticanam in agro suo.

SALMASIUS.

⁴ Apud plebem in agro suo.] Addit idem Palatinus: apud plebem vel urbanam, vel rusticanam. quod non est otiosum. ante enim dixerat: seditionem inter Maximinianos, & rusticos vel Afros ortam. plebem vel urbanam vel rusticanam, & urbanam. Auctor Pervigilii:

Ruris beie erant puellæ, vel puellæ montium.

vel pro &, quod non uno loco apud hos auctores positam observavimus.

fuo velut concionabundus est loquutus. ¹ *Gratias habeo 8 diis immortalibus, cives, quod occasionem dederunt, & quidem necessariam, providendi nobis contra hominem furiosissimum Maximinum. Nos enim qui procuratorem ejus moribus & vita consimilem occidimus, nisi facto imperatore salvi esse non possumus. Quocirca si placet, quoniam non longe est nobilissimus vir proconsul cum filio consulari legato, ² quorum utrique mortem pestis illa est minata, ³ sublata de vexillis purpura, imperatores eos dicemus, adhibitisque insignibus Romano jure firmabimus. Tunc acclamatum est, *Aequum est, justum est.* ⁴ *Gordiane Auguste, ⁵ dii te servent feliciter. Imperator es, cum filio imperes.* His actis propere ventum est ad oppidum Tyndrum, inventusque senex venerabilis post jurisdictionem ⁶ jacens in lecto, qui circumfusus purpura ⁷ humi*

fe

CASAUBONUS.

¹ *Gratias habeo diis imm.]* Venuste in libro Put. deest verbum. & statim, proconsule, non proconsul.

³ *Sublata de vexillis purpura.]* Ita fuit moris in tumultuariis principum creationibus: cum ad manum purpura non esset, rapere illam undecunque possent: ut nunc de vexillis: sapius è deorum simulacris. Pere exempla è Trebellio Pollione, in Celso tyranno; Vopisco in Probo, & Saturnino. Suave est quod idem narrat in Procuro, cum non adesset purpureæ vestis copia ad amiciendum Proculum, allatam fuisse lanam purpuream & humeris ejus junctam.

⁴ *Gordiane Auguste dii te servent feliciter.]* Distinguendum, *G. A. dii te servent. feliciter. Imp. nam feliciter, per se pronuntiandum. vide initio Clau-dii.*

GRUTERUS.

¹ *Gratias Diis immortalibus, cives, &c.]* Vulgabatur prius, *Gratias habeo Diis, sed efficacius est nostrum illud, quod se tuetur & Pal. & Puteani co-*

dicibus. sicque infra cap. xi. Diis votis gratias. item cap. xxiv. Diis igitur gratias, quod volente, &c.

⁶ *Jacens in lectulo.]* Sic Palat. non lecto, ut vulgg. quod quamvis sit minimæ rei, monendum tamen duxi; uti constet, nihil tam parvum esse quod libris adfigimus, quin petitum sit è libris authenticis.

⁷ *Humi se abjecit, ac retractans elevatus est.]* Ita etiam Pal. aliique scripti, non retractans, quod nihili est.

SALMASIUS.

² *Quorum utrique mortem pestis illa minata est.]* Respicit ad illa verba, quæ paulo supra habuimus: *retorsus à proconsule atque legato, nobilibus & consularibus viris ipsis minaretur exitium. quæ nos recte restituisse, & de Gordianis accipienda bene judicavisse probat hic locus.*

⁵ *Dii te servent feliciter. Imperator es, cum filio imperes.]* Placeret distingui: *Gordiane Auguste, dii te servent. feliciter imperator es, cum filio imperes. malim etiam legere: feliciter imperes, cum filio imperes.*

se abjecit, ¹ ac retractans elevatus est. Et quum aliud facere nihil posset, ² evitandi periculi gratia, quod à Maximini furoribus haud dubie imminebat, ³ imperatorem se appellari senex passus est. Erat autem jam octogenarius, & plurimis provinciis (ut diximus) ante præfuerat: populo Rom. ⁴ ita commendatus suis actibus erat ut toto dignus videretur imperio. ⁵ Alii quidem

1 *Ac retractans elevatus est.*] Scripti *retractans. retractare* pro *retractare*. ut *detractare. retractare* autem idem est quod *detractare*. cuius significationis aliquot *Χρησις* in superioribus animadversionibus attulimus, quæ inde peti possunt. Glossæ, *ὑποστρέψω* & *ὑποστρέψω* interpretantur.

2 *Evitandi periculi gratia quod à Maximini furoribus haud dubie imminebat.*] Proponam scripturam membranarum quæ falsi damnat editam lectionem hoc modo: *evitandi periculi gratia quod à Maximiniani necessario fautoribus dubie imminebat. rescribendum: quod à Maximiniani fautoribus necessario & haud dubie imminet.*

CASAUBONUS.

1 *Ac retractans elevatus est.*] Scripti, *retractans. scribendum, detractans.* quod ait elevatum esse, refero ad præcedentia verba, *humi se abjecit.* nam ita melius, quam ut referamus ad morem elevandi eos quibus deferbatur imperium: de quo Marcellinus in Juliano, & passim alii historici.

5 *Alii quidem occiso juvene Gord.*] Omnia quæ periodo ista continentur, usque ad illa, *Appellato igitur Gord.* ab hoc loco alienissima sunt: pertinent enim ad sermonem de morte Gordiani senioris: at hic narratur quomodo sit factus imperator. Delenda igitur periodus tota, quam neque Puteani codex alter agnoscit. Tangitur his verbis varietas opinionum super obitu senioris Gordiani: quem alii dixerunt filio fuisse supersititem, neque de laqueo prius cogitasse, quam post acceptum de ejus clade

nuntium. alii contra statim post adventum Carthaginem, animum despondisse, & vitam sibi admississe, salvo adhuc filio, cui ad prælium proficiscenti celata mors patris. hæc clare Herodianus: quæ obscure, involute, & imperfecte hic significantur. verum ea & corrupta sunt, &, ut diximus, alieno loco posita. tollantur ergo. Ubi commode locentur, infra indicabimus.

GRUTERUS.

2 *Evitandi periculi gratia, quod à Maximini furoribus haud dubie imminebat.*] Pal. quod *Maximiani necessario fautoribus dubie imminebat.* ex quibus liquet illud *furoribus* omnino mutandum in *fautoribus*.

4 *Ita commendatus suis actibus erat, ut, &c.*] Melius procederet *cursum sententiæ, deletio illo erat.*

5 *Alii quidem occiso juvene Gordiano filio suo, quod Gordianus.*] Bene monuit Casaubonus, totam hanc periodum, usque ad vocem *appellato*, ab isto loco esse alienam; neque agnosci ab altero codice Puteani. & est quidem in Palat. sed is à prima scriptura tantum habuerat, *Alii quidem occiso, Gordianus ante, &c.*

SALMASIVS.

3 *Imperatorem se appellari passus est.*] Addunt membranæ, vocem necessariam: *imperatorem se appellari senex passus est.* nec sine ratione iudicem huic adtexenda & una serie continuanda, quæ infra alieniore loco posita leguntur, ad hunc modum: *imperatorem se appellari senex passus est, jam mortis vic-*

dem occiso juvene Gordiano filio suo, quod Gordianus ante nescierat: sed ubi rem comperit, jam morti vicinus, & filio magis timens, maluit honestas causas habere moriendi quam dedi vinculis & carceri Maximini. Appellato igitur Gordiano imperatore, juvenes qui auctores hujus facinoris erant, statuas Maximini dejecerunt, imagines perfregerunt, nomen publicitus eraserunt. ² Ipsum etiam Gordianum *Africanum* appellaverunt. Addunt quidam Africani cognomen Gordiano idcirco inditum, non quod in Africa imperare cœpisset, sed quod de Scipionum familia originem traheret. In plurimis autem libris invenio & hunc Gordianum, & filium ejus pariter imperatores appellatos, & *Antoninos* cognominatos: alii vero *Antonios*. Post hoc Carthaginem ventum cum pompa regali & fascibus laureatis: ³ filiusque legatus patris, exemplo

mus. sed filio magis timens, maluit honestas causas habere moriendi quam dedi vinculis & carceri Maximini. Erat autem jam *o-*rogenarius, & plurimis provinciis, ut diximus ante, præseverat. quæ sic bene continuantur, & recto ordine procedunt. quod attinet ad illa verba, sed filio magis timens, idem supra dixerat in Maximini vita, de hoc eodem Gordiano: & primo quidem inuitus Gordianus purpuram sumpserat. postea vero quum vidit, neque filio neque familia sua tutum esse, volens suscepit imperium. idem enim dicit duobus his locis: Gordianum nempe, jam senem, jam morti vicinum, imperatorem se appellari passum, cum primo restitisset. sed quum filio timeret, & videret hoc illi tutum non esse nec reliquæ familiæ suæ, volens suscepit, quod primo recusarat imperium. licet enim in recusando imperio perstitisset, omnino tamen sibi moriendum esse videbat à fautoribus Maximinianis: maluit igitur honeste & splendide mori imperator, quam dedi vinculis Maximini & ignominiose perire.

⁵ Alii quidem occiso juvene.] Hæc alio pertinent, & nescio unde huc intrusa. Palatinus tamen, etiam hoc loco ea adgnoscit, sed ita componit: alii quidem occiso Gordianus nescierat: sed ubi rem comperit. quæ fragmenti instar habent, ex fine libri in hunc locum nescio qua arte aut conjectura rationeque à librariis transducta.

CASAUBONUS.

¹ Juvenes qui auctores consilii erant.] Vide ad librum superiorem, ubi expositum est cur juvenes vocet.

² Ipsum etiam Gordianum Africanum appellaverunt.] Imo etiam ante hoc cognomen illum usurpasse, quidam scripserunt, ut inferius dicitur. Herodianus ut hoc loco: τὰ κρείω αὐτῆ ὀνόματι προσθέντες, Ἀφρικανὸν ἐμάλεσαν ἀφ' ἑωπαίων. Nummi ab Onuphrio descripti & patri & filio AFRICANI cognomen tribuunt.

³ Filiusque legatus patris, exemplo Scipionum.] Scipio Africanus Scipioni nondum Asiatico fuit legatus in Asia, frater

emplo Scipionum, (ut Dexippus Græcæ historiæ auctor est) 'gladii potestate succinctus est. Missa deinceps legatio Romam est cum literis Gordianorum, hæc quæ gesta fuerant in Africa indicans: quæ per Valerianum principem senatus, qui postea imperavit, gratanter accepta est. Missæ sunt & ad amicos nobiles literæ, ut homines potentes & rem probarent & amiciores fierent ex amicis. Sed tanta gratulatione factos
 10 contra Maximinum imperatores senatus accepit, ut non solum gesta hæc probarent, sed etiam xx. viros eligerent, inter quos erat Maximus sive Pupienus, & Clodius Balbinus: qui ambo imperatores sunt creati, posteaquam Gordiani duo in Africa interempti sunt. Illos sane xx. senatus ad hoc creaverat ut divideret his Italicas regiones contra Maximinum pro Gordianis tuendas. Tunc legationes à Maximino Romam venerunt, abolitionem præteritorum spondentes. Sed vicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur: & ingens militibus stipendium, * populo * agri atque congiaria promissa. Usque adeo autem magis Gordianis quam Maximinis est creditum,

frater fratri, major minori, ut ait Valerius Maximus libro quinto: ex undecima Philippicarum nota historia. Sic autem accipe: filius qui erat legatus patri suo, gladii potestate est succinctus, id est, ducatus belli ei est delatus. sequitur Herodianum, qui factum imperatorem aperte non dicit; sed ita narrat: τὸ ἕδον αὐτῆς ἐρατηγῆσοντα δὴ τὸ πλῆθος εἰλοντο. exponendam ex Aurelio Victore qui factum scribit præfectum prætor. cujus potestatis proprium symbolum esse, gladio accingi, sciunt omnes. sed & Capitolinus alibi juniorem quoque Gordianum ab Asiis scribit Augustum fuisse factum. idque verum. & locum Victoris de tertio Gordiano accipi debere, docet Capitolinus sub finem libri De Max. & Balb.

GRUTERUS.

1 Gladii potestate succinctus est.] Palatinus: quidnam initio habuerit loco gladii incertum est. visitur interim à manu secunda, aravii potestate, litteris prioribus omnibus eratis.

3 Agri & congiaria promissa.] Palatinus: promittendi.

SALMASIUS.

2 Populo agri atque congiaria promissa.] Palatinus: populo agros atque congiaria promittendi. totum hunc locum sic lego distinguo: sed vicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur, ingens militibus stipendium, populo agros atque congiaria promittenti.

ditum, ut Vitalianus quidam, qui prætorianis militibus præerat, per audacissimos quæstorem & milites jussu senatus occideretur: quod se antea crudeliter egerat, & tunc ejus magis immanitas timebatur, amica & familiaris moribus Maximini. ¹ de cujus morte hæc fabella fertur. Fictæ sunt literæ Maximini, ² signatæ quasi ejusdem annulo, & missi cum quæstore milites qui eas ferrent, addentes quædam præter literas secreto esse dicenda. ³ Longam igitur porticum petierunt: ⁴ & quum ille ea quæ sibi erant secreto dicenda, perquireret, hortantibus ut prius signum inspiceret epistolæ, ⁵ dum considerat, interemptus est. Persuasum deinde est militibus, jussu Maximini Vitalianum interemptum: peractisque rebus in castris ⁶ Gordianorum & literæ & vultus sunt propositi. Interest ut senatusconsultum, quo Gordiani imperatores appellati sunt, & Maximinus hostis, literis propagetur. ⁷ Non legitimo sed indicto senatus die eos jam domi conventus cum prætoribus, ædilibus, & tribunis plebis venit

in

GRUTERUS.

¹ De cujus morte hæc fabella fertur.] Fabella etiam dicitur res vere gesta, sed quæ ore vulgi circumferatur potius, quam certo aliquo auctore.

CASaubonus.

¹ De cujus morte hæc fabella fertur. Fictæ sunt literæ Maximini.] Fabellam vocat quam pro vera historia Herodianus tradit. sed nonnihil variat illius narratio. non enim fictas à quoquam literas, tanquam essent Maximini; sed Gordianum ex Africa, & literas & certos homines misisse, qui eadem pararint.

² Signatæ quasi ejusdem annulo, & missi cum quæstore milites.] Herodianus, πέντε Gordianus ἢ ἑθνεῖς, ὡς ἔλεγε ἐκ τῆς ἰστορίας, καὶ ἑτέροις οἷς ἔδωκε καὶ ἀποστολὰς ἑξ ἑαυτοῦ ἐν πύλαις πύλαις, ὅτι ἂν τὰ ἀπὸ τῆς καὶ κρυπτοῦ ἀγέλης.

μαῖα τοῖς βασιλεῦσι (ἐν ἐπιστάσει).

³ Longam igitur porticum petierunt.] Herodianus magis locum exdit eximit: quæ non in porticu facta, sed in conjuncta cella, ubi magis arcana negotia tractabantur. ipse nominat, ἢ δὲ διασημῶς οἰκιστον.

⁵ Dum considerat.] Εἰς τὴν αὐτῆς σφραγίδι τῆς ὅλης ἐπιστάσει. Herodianus, qui & libro tertio simillimam Severi in Albinum conspirationem narrat; sed exitu non pari.

⁶ Gordianorum & literæ & vultus sunt propositi.] Herodianus: ἀεὶ θέασι τὸ αἶψα ἢ δῆμοι ἢ Γορδιανῶν γενομένη.

⁷ Non legitimo sed indicto senatus die.] Nec male scribas, legitimi, & indicti.

SALMASIUS.

⁴ Et quum ille ea quæ sibi erant secreto dicenda perquireret.] Melius: requireret.

I Præ-

in curiam. ¹ Præfectus urbis, cui nescio quid redoluerat, & qui publicas literas non acceperat, ² à conventu se abstinuit. ³ Sed profuit: nam cos. ante solitas acclamations priusquam aliquid in Maximinum feliciter diceretur, ait: *P. C. Gordiani duo, pater & filius, ambo ex coss. unus vester proconsul, alter vester legatus, magno Afrorum consilio imperatores sunt appellati. Gratias igitur agamus Tysdritana juventuti, gratias Carthaginensi populo semper devoto, qui ab immani nos bellua, ab illa fera vindicaverunt. Quid timide auditis? quid circumspicitis? quid cunctamini? hoc est quod semper optastis. Hostis est Maximinus: ⁴ dii faciant ut esse jam desinat, & Gordiani senis felicitatem atque prudentiam, juvenis virtutem atque constantiam lati experiamur.* Post hæc literas legit Gordianorum, ad senatum & ad se missas. Tunc clamavit senatus, *Dii vobis gratias. Liberati ab hostibus sumus, si penitus liberemur. Maximinum hostem omnes judicamus. ⁵ Maximinum cum filio diis inferis devovemus. Gordianos augustos appellamus.*

Gor-

CASAUBONUS.

¹ Præfectus Urbis.] Sabinus: de cujus cade paullo post, & Herodianus.

² A consensu se abstinuit.] Id est, se abstinerat, neque cum cæteris magistratibus Consulem domi convenerat. nam alios fecisse dictum modo.

³ Sed profuit.] An potius, sed nihil profuit. nam occisus est, ut modo diximus. sed non statim: itaque aliter fortasse interpretandum. Regius codex hæc omittit, ut alia multa toto libro.

⁵ Maximinum cum filio diis inferis devovemus.] More antiquissimo apud Romanos. Dionys Halicar. libro 11. *ἔθ' ὁ Ρωμαίοις, ὅσας ἐθέλοντε νηπιονεὶ πεθανοί, τὰ τέτατον σώματα θεῶν ὁτ' ἄδητι, μέγιστα ἢ τοῖς καὶ ἀχθονίοις καὶ ἰερομάζειν. ὃ καὶ τότε ὁ Ρωμαῖον*

ἔποίησε. & multa exempla in veteri historia.

SALMASIUS.

³ Sed profuit.] Mallet vir eruditissimus: sed nihil profuit. nihil mutandum censeo. profuisse dicit, quod præfectus urbis illi Senatusconsulto non interfuit, qui cum esset maximus Maximinorum fautor, & is cui plurimum fideret Maximinus, Senatusconsultum quominus in Gordianorum fautorem fieret, & Maximini defectionem, prohibere potuisset. absentiam igitur ejus profuisse scribit Capitolinus. ideoque acres ad illum litteras misisse Maximinum paulo post tradit, ubi exemplum Senatusconsulti accepit, quibus ei vehementer succenseret, quod & Senatusconsultum factum esse nescierit, nec faciendo interfuerit.

⁴ Dii faciant ut esse jam desinat.] Dii faciant, ut esse jam desinat.

I 1m-

Gordianos principes agnoscimus. ¹ Imperatores de senatu
dii conservent: imperatores nobiles victores videamus:
imperatores nostros Roma videat. Hostes publicos qui occi-
derit, primum merebitur. ² Dicit Junius Cordus istud ¹²
senatusconsultum fuisse tacitum: quod quale sit, aut
quare sic appellatum, brevi exponam. Omnino ¹ exem-
plum senatusconsulti taciti non aliud est hodie quàm
quòd vestra clementia, convocatis ad interiora majo-
ribus, ea disponit quæ non sunt omnibus publicanda:
de quibus adjurare etiam soletis nequis ante rem com-
pletam quicquam vel audiat vel intelligat. Hunc au-
tem morem apud veteres necessitates publicæ repere-
runt, ut si forte aliqua vis ab hostibus immineret quæ
vel cogeret humilia captare confilia, vel aliqua con-
stituere quæ non prius oporteret dici quam effici, vel
si nollent ad amicos aliqua permanere, senatusconsul-
tum

CASAUBONUS.

¹ Imperatores de senatu.] Nam Ma-
ximinus non erat de senatu.

² Dicit Junius Cordus istud S. C. fuisse
tacitum.] Singularis est hic locus de
senatusconsulto tacito: quem morem
alibi expositum non invenias. Hero-
dianus quoque tacitum S. C. ea tem-
pestate factum ostendit: sed non
quando literæ Gordianorum advene-
runt; verum tunc cum eorum cæde
cognita in summas angustias redactus
est senatus. Statim enim convenisse
patres, non solito more in Curiam,
sed in Capitolium & Jovis Capitoli-
ni cellam: eo se inclusisse solos, &
velut in ipsis Jovis oculis deliberatio-
nem habuisse, quid esset opus facto.
Ait Herodianus: σιωπήθον ἐν σόκῃ εἰς
τὸ σιῶνθες σιῶνθρον, ἀλλ' εἰς τὸ ἱ-
Διὸς νεῶν Καπετωλίνῃ, ὃν σέβουσι Ρω-
μαῖοι ἐν ἀκροπόλει. συκλεισμένῃς ἐν
αὐτῆς ἐν τῷ σηκῷ μόνῃς ἄσπερ ὑπὸ
μύρτιναι τῷ Διὶ καὶ σιῶνθρον, ἐπισκό-
πων πρὸ πρῶτων προμύμων. haut dubie de-
scribitur his verbis ab Herodiano ta-

citum senatusconsultum. habes hic
locum ubi factum, &, ut videtur, ubi
solutum fieri: de quo tamen nihil
monet Capitolinus: habes & mo-
dum faciendi taciti S. C. sed verbo
indicatum: συκλεισμένῃς αὐτῆς ἐν
τῷ σηκῷ μόνῃς. nam si erant soli pa-
tres, nulli ergo interfuerunt servi pu-
blici, nulli censuales: sed ipsi sena-
tores eorum partes obierunt: quod
pluribus explicat Capitolinus. ita er-
go capiendus Herodiani locus. Me-
minit & Capitolinus S. C. quod in
Capitolio factum est, paullo post in
Gordiano tertio: sed tacitum tamen
fuisse, ipse non monet. verum de eo
loco ibi videbimus.

SALMASIUS.

³ Exemplum Senatusconsulti taciti non
aliud est hodie quam quod vestra clementia
convocatis ad interiora majoribus.] Scribe:
exemplum Senatusconsulti taciti non aliud
est hodie, quam quo vestra clementia, con-
vocatis ad interiora majoribus, ea disponit,
quæ non sunt omnibus publicanda.

z Not

tum tacitum fieret: ita ut non scribæ, non servi pu-
 blici, non censuales illis actibus interessent, senatores
 exciperent, senatores omnium officia censualium scri-
 barumque complerent, nequid forte proderetur. Fa-
 ctum est ergo senatusconsultum tacitum ne res ad Ma-
 13 ximinum perveniret. Sed statim ille (ut se habent
 hominum mentes, eorum duntaxat qui erubescunt
 per se ea non agnosci quæ sciunt, & qui humiles se pu-
 tant si commissa non prodant) omnia comperit Maxi-
 minus, ita ut exemplum senatusconsulti taciti accipe-
 ret, quod nunquam ante fuerat factitatum. Extat de-
 nique ejus epistola ad præfectum urbis talis: ¹ *Senatusconsultum tacitum* ² *vestrorum illorum principum legi,*
³ *quod præfectus urbis factum esse fortasse non nosti: nam*
nec interfuisti. cujus exemplum ad te misi ut scires quo-
modo Romanam Remp. regeres. Enarrari autem non
 potest quæ commotio fuerit Maximini quum audivit
 contra se Africam descivisse. Nam senatus auctoritate
 percepta, incurrere in parietes, vestem scindere, gla-
 dium arripere quasi omnes posset occidere, prorsus
 furere videbatur. Præfectus urbis acceptis literis a-
 crioribus, populum & milites alloquutus est, dicens,
 Maximinum jam occisum. Ex quo majus fuit gau-
 dium, statimque dejectæ sunt statuæ atque imagines
 ejus qui hostis fuerat judicatus. Usus est sane senatus
 penden-

CASAUBONUS.

¹ *Non servi publici, non censuales*]
 Horum opera magistratus Romani in
 actis publicis conficiendis utebantur:
 quod tandem mutatum est ab Arca-
 dio, Honorio & Theodosio. multa
 de his in Jurisconsultorum libris.

² *Ut se habent hominum mentes.*] Re-
 gius, mores. Lampridius in Alexan-
 dro, Gallicanæ mentes ut sese habent duræ
 & retrogradæ.

SALMASIUS.

³ *Senatusconsultum tacitum vestrorum*

illorum principum legi.] Pal. *nostrorum*
illorum principum legi. principes vocat Se-
natores. vide in vita Taciti.

GRUTERUS.

² *Ut se habent hominum mentes.*] Haud
 aliter etiam Pal.

⁴ *Vestrorum illorum Principum.*] Pal.
nostrorum, quod aliquantulum plus vi-
detur habere indignationis.

⁵ *Quod tu præfectus urbi.*] Editio-
 nes aliæ, *quod præfectus urbis.* sed alte-
 rum est in Palat. & vehementius est.

¹ Nam

pendente bello potestate qua debuit. ¹ Nam delatores, calumniatores, procuratores, ² & omnem illam facem Maximinianæ tyrannidis ³ occidi senatus jussit. Atque parum fuit quod senatus judicaverat, illud populi judicium fuit quod ⁴ occisi tracti sunt, & in cloacam missi. Tunc & præfectus urbi Sabinus, ⁵ consularis vir, fuste percussus, occisus & in publico derelictus est. Hæc ubi comperit Maximinus, statim cohortatus est ¹⁴ milites ⁶ hoc genere concionis: ⁷ *Sacrati commilitones, imo etiam mei consecranei,* ⁸ *& quorum mecum plerique* verè

CASAUBONUS.

¹ Nam delatores, calumniatores, procuratores, & omnem illam facem Maximianæ tyrannidis occ.] Scrib. Maximianæ. Herodianus: συκοφάνῃ ἐν, καὶ οἱ ψυροῦχοι τῶν κατήρασι, ἢ ἐφ' ὧν, ἢ ὑπὸ τῶν ἀδικηθέντων ἀνηρέθη. ἐπιτροπὸι τε καὶ δικασταὶ οἱ τῶν ἐκείνων ἀμύθηται ὑπὸ τῶν ἡρώτων.

⁴ Occisi, tracti sunt & in cloacam missi.] Herodianus, σπέντες ὑπὸ τῶν ὄχλων εἰς τὰς ὀχετὰς ἐπίπληντο.

⁷ *Sacrati commilitones, imo etiam mei consecranei.*] Sæpe soliti Ro. imperatores commilitones appellare suos milites, ut de Julio aliisque legimus fere omnibus, præter Augustum. addit Maximinus vocem *sacrati*, ut eos sacramenti militaris admoneat: cujus erat religio maxima; idque præcipuum fidei vinculum. illud vero ἱεροπύργων, imo etiam mei consecranei, quod idem est, ac commilitones, five eorumdem sacrorum participes. Tertullianus Apologeticis cap. XVI. Sed & qui crucis nos religiosos putat, consecraneus erit noster, cum lignum aliquod propitiatur. Amavit mediæ temporis Latinitas hanc nominum formam. *Sacraneus* extat in veteri inscriptione, ubi SACRANEA. DEM. CERERIS, pro sacra, ut in aliis ejusdem argumenti legitur. Sic *oblectaneus*, ut in veteri inscriptione: SI QUID. OBLECTANEVM. APVD. MANES. EST. & *consecraneus*, quo usi multi. sic etiam *solitani* παροιμ.

Ἰημ. II

bi, & præsentaneum remedium apud Marcellum empiricum. *consalaneus* legas in Glossario: *diocesaneus* apud antiquissimos patres Latinos.

⁸ *Et quorum plerique mecum vere militatis.*] Hoc ideo quia collapsam disciplinam militarem opera ipsius maxime restituerat Alexander: ut jam veri essent milites. potest accipi & per ὑπαρχαγῶν dictum: quibuscum ego verè milito. nam & factus imperator, pariter se aliosque exercuit Maximinus. utramque interpretationem historia admittit apud Herodianum & Capitolinum.

SALMASIUS.

² *Et omnem illam facem Maximianæ tyrannidis.*] Lege: *Maximianæ tyrannidis.* quo genere non semel erratum est in hoc libro.

⁵ *Consularis vir.*] *Consularis* jam vir. Pal.

⁶ *Hoc genere concionis.*] Non igitur verba ipsa concionis refert, sed solam sententiam, quam aliis verbis magis declamatoriis exornat. in vita Maximinorum exemplum ipsum concionis posuerat, ut ibi docebamus.

GRUTERUS.

³ *Occidi jussit.*] Publicati antea, *occidi Senatus jussit.* sed vox ea supervacanea, tamquam proxime præcedens: neque comparebat in Palatino.

G

I. A. II.

verè militatis, dum nos in Germania Romanam defendimus majestatem, dum nos Illyricum à Barbaris vindicamus. ¹ Afri fidem Punicam præstiterunt. Nam duos nobis Gordianos, quorum ² alter ita senio fractus est ut non possit assurgere, alter ita luxurie perditus ut debilitatem habeat pro senectute, imperatores fecerunt. ³ Et ne hoc parum est, sed factum Afrorum nobilis ille senatus agnovit, & pro quorum liberis arma portamus, hi contra nos xx. viros statuerunt, & omnes velut contra hostes sententias protulerunt. Quinimo agite ut viros decet. Properandum est ad urbem. ⁴ Nam & xx. viri consulares contra nos lecti sunt, quibus resistendum est nobis fortiter agentibus, nobis feliciter dimicantibus. ⁴ Lentas militum mentes & suorum minus hac alacres animos concione Maximus recognovit. Denique statim ad filium scripsit, qui longe post sequebatur, ut acceleraret, nequid contra eum se absente milites cogitarent. Literarum exemplum tale Junius Cordus dicit: ⁵ Referet ad te ⁶ stipator meus Tycannius,

CASAVBONVS.

¹ Afri fidem Punicam præstiterunt.] In altera concione, qua libro superiore est descripta, Afri fidem fregerunt. quid dicam, fregerunt? nam quando tenuerunt?

³ Et nec hoc parum est, sed f.] Malim, Et ne hoc parum esset, factum Afrorum nobilis ille senatus agn.

SALMASIVS.

² Alter senio ita affectus est.] Melius Palatinus: alter ita senio fractus est, ut non possit assurgere.

⁴ Lentas militum mentes & suorum minus alacres animos hac concione Maximus saepe cognovit.] Quid saepe cognovit? an quod una concione cognovit, id sapius cognovisse dici potest? pessime hæc apperunt correctores, dum minime assequuti sunt lectionis, quæ in scriptis est, vestigia illa autem sic habuit: lentas militum mentes & nos alacres animos hanc concionem Maximus saepe cognovit. quæ corruptissima quidem sunt, sed parvo labore in-inte-

grum restitui possunt, ita legendo: lentas militum mentes, & non alacres animos hac concione Maximus recognovit. specognovit mendose scriptum erat pro recognovit: ut perusus supra pro venusus. de veritate conjecturæ nostræ dubitaturum credo neminem.

GRVTERVS.

³ Et nec hoc parum est, sed factum Afrorum, &c.] Pal. ne forte: Et ne hoc parum esset, factum Afrorum, &c. ut & alii quoque malebant.

⁴ Lentas militum mentes, & suorum minus alacres animos hac concione Maximus saepe cognovit.] Pal. Lentas militum mentes, & nos alacres animos hanc concionem, & Maximus saepe cognovit. Legendum forte: Lentas militum mentes & non alacres animos hac concione Maximus præcognovit.

⁵ Referet ad me stipator meus Tycannius.] Vulgabatur prius Tycannus.] Vulgabatur prius Tycannus. lectio altera manavit à Palatino, acceditque magis ad nomina sæculo illo frequentata.

6 Stipa-

qua gesta cognovi vel in Africa vel Roma: referet qua sint militum mentes. Quæso quantum potes, properes: nequid, ut solet, militaris turba plus faciat. Quid verear, ex eo audies quem ad te misi. Dum hæc aguntur, in Africa contra duos Gordianus Capelianus quidam, Gordiano & in privata semper adversus, & ab ipso imperatore jam quum Mauros Maximini jussu regeret veteranus dimissus, collectis Mauris & tumultuaria manu accepto Gordiano successore Carthaginem petiit, atque omnes fide Punica Carthaginensium populos incli-

SALMASIUS.

6 Stipator meus Tycannius.] Palatinus habet: Thynchanus. lege: Tynchanus. à verbo τυσχανω, Τύσχανω & τυσχανω nomina propria. sic ab ἐπιτυσχανω, Επιτυσχανω. Epitynchani aliquot leguntur in veteribus inscriptionibus. aliquando etiam Tynchanus pro Epitynchanus. sic πύργος pro ἐπιπύργος recentiores Græci dixerunt: πύργος pro ἐπιπύργος. sic pincernam Latini vocarunt, quem Græci ἐπικέρων. sane si Epitynchanus dicitur etiam Tynchanus, & Tynchanus, quin dicatur, nullum erit dubium. atque ita hoc loco scribendum nomen istud proprium.

CASAUBONUS.

1 Ne quid, ut solet, militaris turba plus faciat.] Εὐφημισμός est non ineptus, plus facere, pro conficere, occidere, deterius aliquid in aliquem consulere. ex his verbis non colligas utri Maximinus timuerit: sibi ne absente filio, an illi qui à patre aberat rum longius, ut modo dictum est. ego accipiebam de patre: cujus præcipuum apud omnes odium. sed de filio accepit Capitolinus, quod declarant superiora verba: ne quid contra eum se absente milites cogitarent.

3 Accepit Gordiano successore.] Scribendum, à Gordiano. libro superiore, Capelliano Mauros regenti Gordianus successorem dederat. Sed totus locus iste

nisi commode interpungatur, tenebricosus non nihil. Ita autem distinguendum: Gordiano & in privata vita semper adversus, & ab ipso imperatore jam, cum Mauros Maximini jussu regeret veteranus, dimissus, cum lectis Mauris & tumultuaria manu, accepto à Gordiano successore, Carthaginem petiit. Trajectio est in illis verbis, accepto à Gordiano successore, vel à librario commissa, vel ab ipso auctore. alieno enim loco posita sunt, cum deberent vocem dimissus statim sequi, aut etiam anteponi, ut apud Herodianum, Ἀγδοχὴν τὴν αὐτῶν ἐπιμαρτυρίαν, ἣν ἔδωκεν ἐξελθεῖν καὶ λαθεῖν.

GRUTERUS.

2 Cum lectis Mauris & tumultuaria manu.] Pal. collectis.

3 Accepit à Gordiano successore.] Hactenus editi male omiserant præpositionem, quam tamen habebant ms.

SALMASIUS.

2 Cum lectis Mauris & tumultuaria manu.] Scribendum: collectis Mauris, & tumultuaria manu. ita edendum curavimus.

4 Atque omnes fide Punica Carthaginensium populos inclinxit.] Ut Romanos populos non diceret aliquis auctor pro populo Romano, sic nec Carthaginensium populos pro populum Carthaginensem Latinum esse mihi persuadeo. Palatinus codex cum veteri editione, omnis hæc habent, & populos.

inclinavit. Gordianus tamen fortunam belli experiri cupiens, filium suum jam natu grandiolem, XL. & VI. annos agentem, quem tunc legati loco (ut diximus) habuerat, contra Capelianum & Maximinianos misit, virum de cujus moribus suo loco dicemus. Sed quum in re militari & Capelianus esset audacior, & Gordianus junior non tam expertus, quippe qui nobilitatis delicti stardabatur, pugna commissa vincitur & in eodem bello interficitur. Fertur autem tanta multitudo Gordiani partium in bello cecidisse, ut quum diu quaesitum sit corpus Gordiani junioris, non potuerit inveniri. Fuit praeterea ingens, quae raro in Africa est, tempestas,

scribendum ergo: *collectis Mauris & tumultuaria manu Carthaginem petiit, ad quem omnis fide Punica Carthaginensium populus inclinavit.*

GRUTERVS.

1 Non tamen expertus.] Præteritum fere scripturam Palatini, non tam exercitatus.

2 Ut cum diu quaesitum sit corpus Gordiani.] Maluissim, ut diu quaesitum sit corpus, rejectis cum & sit.

CASAUBONUS.

2 Ut cum diu quaesitum sit corpus Gordiani junioris, non potuerit inveniri.] Herodianus, ὡς ἀπὸ τῆς ἀληθείας πτωμένων, μήτε νεκρῶν ἀναίρεσιν ὡς τὸ φιλὸν ἡρώδης διωκθῆναι. μήτε δὲ νέος Γορδιανὸς ὡς μὲν εὐρεθῆναι.

3 Fuit praeterea ingens quae raro in Africa est, tempestas.] Constat Gordianum juniorem sub initium Julii, vel, ut quibusdam placet, ipsis Julii Calendis propè Carthaginem periisse: ubi raro est eo anni tempore tempestas: fuit observatum ab antiquis nautis tempestatem typhonicam, à qua sibi metuere deberent, raro contingere ante diem XVIII. Kal. Octobris. quare, cum in eum diem beatissimi Cypriani natalis incidisset, apud Carthaginensium, praesertim nautarum,

vulgus obrinuit, ut ea tempestas Cypriana nominaretur. Procopius Gothicorum libro tertio: Κυπριακὸν ἄγρον ἀνδρα μάλιστα πάντων οἱ Καρχηδόνιοι σέβον. καὶ αὐτὰ πάλιν ἵνα λόγῳ πολλῆ ἀξίον ὡς τὴ πόλιος ἰδρυσάμενοι ὡς τὴ πύλιν τὴν ἡλιάσας ἵόντα, τὰ τε ἀλλὰ ἐξοσιεῖν, καὶ ἀγρον ἐν ἐναιώσιον ἐορτῆν, ἡ δὲ Κυπριακὴ καλῆσι καὶ ἀπὸ αὐτῆς τὴ χιμῶνα, ἐν αὐτῶν, ἡ ὡς ἐγὼ δοξίως ἐμνήσθην, ὁμωνύμως τῆ πειρηγῶν ὡς παρὰ ρῆσιν εἰσθασι, ἐπὶ ἐς τὴ καὶ ὁρὴν ἐπιστήσειν φιλεῖ, ἐφ' ἧ ταύτῃ οἱ Ἀθύρας ἀγρον ἐσοεὶ τῆς ἐορτῆν νεομηνίας. nunquam imminentibus Cyprianis periculo nauta se exponerant: adeo certi erant fore omnino ut ea die tempestas incumberet. quod paullo ante idem Procopius ostendit.

SALMASIUS.

3 Fuit praeterea ingens quae raro in Africa est tempestas.] Hæc tempestas quæ Gordiani exercitum dissipavit, & facilem Capelianum victoriam præstitit, videtur occasionem præbuisse quibusdam historicis illius texendæ fabulæ, qua Gordianos tempestate in mari orta, cum Romam venirent, fuisse obrutos & extinctos scripsere, vide Zosimum.

pestas, quæ Gordiani exercitum ante bellum ita dissipavit ut minus idonei milites proelio fierent, atque ita facilis esset Capeliani victoria. ¹ Hæc ubi comperit senior Gordianus, modicas vires suas, Maximini magnas, instantem Capelianum, raramque Punicam fidem considerans, & acri dolore percitus, ut vincula etiam hostium evitaret, laqueo vitam finivit, & vitam cum imperio reliquit. ² Hic exitus duorum Gordianorum fuit, quos ambo senatus Augustos appellavit, & postea inter divos retulit. ³ Imperaverunt anno uno, mensibus sex.

CASAUBONUS.

¹ Hæc ubi comperit senior Gordianus mod.) Non multo aliter tota hæc per-iodus in regio concipitur, ubi tamen liber hic multis studio prætermissis, aliter est conceptus. At in altero eorum codicum quibus olim in Italia usus Puteanus, ita scriptum: Hæc ubi comperit senior Gordianus, cum in Africa nihil præsidii, & à Maximino multum timoris, & fides Punica perurgeret, & acerrime Capelianus instaret, luctus deinde mentem atque animum fatigaret, laqueo vitam finivit. Hic ex, &c. eadem sententia quæ in edita lectione: sed verba non parum diversa. Nam quod sæpe sumus questi, nimium quantum sibi licere voluerunt veteres quidam critici in concinnandis, & pro libidine sua recoquendis miseris istis scriptoribus. Huic autem periodo ante illa, Hic exitus, &c. debuerant subjici verba illa quæ paullo ante sedem alienam occupasse demonstrabamus: sed ea sunt hodie non solum loco suo mota, verum etiam multis modis male affecta, & lacera.

² Hic exitus deorum Gordianorum fuit.] Sane etsi uter perierit prior non plane constat, ambos tamen in Africa mortem obiisse non est dubium. Zosimus tamen ex aliis scriptoribus tradit naufragio utrumque periisse, cum ex Africa in Italiam trajicerent.

³ Imperaverunt anno uno, mensibus

G O R-

[sex.] Imo vero, uno mense, diebus sex. & ita videtur esse scribendum, inducta voce anno. adi ad Fastos Onuphrii, cui præstantissimo viro hac in parte assentimur.

SALMASIUS.

² Hæc ubi comperit senior Gordianus.] Ne una quidem littera mutata eandem prorsus lectionem reperi in Palatino, quam in suis libris olim reperisse testatur reliquit vir summus Isaacus Casaubonus. quem hoc in loco adi.

GRUTERUS.

¹ Hæc ubi comperit senior Gordianus, cum in Africa nihil præsidii, &c.] Periodum hanc totam restitui ex præscripto Palatini, & codicis ejus quem contulit in Italia Puteanus. prius erat, immani licentia: Hæc ut comperit senior Gordianus, modicas vires suas, Maximini magnas, instantem Capelianum, raramque Punicam fidem considerans, & acri dolore percitus, ut vincula etiam hostium evitaret, laqueo vitam finivit, &c. etiam cum imperio reliquit. Hic exitus, &c.

³ Imperaverunt anno uno, mensibus sex.] Falsa lectio, quam detegit, sed non etiam sanat Palatinus, in quo, Imperaverunt mensibus sex. adeantur Onufriani fasti.

SALMASIUS.

³ Imperaverunt anno uno, mensibus

G 3 [sex.]